



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Chronicon Cisterciensis Ordinis**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

De Tristitia Illorum, ob paucitatem imitantium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11259**

utilia. Et cum alicubi curtes ad agriculturas exercendas instituissent, decreuerunt, ut predicti Conuersi domos illas regerent, non monachi: quia habitatio monachorum secundum regulam debet esse in clauistro ipsorum. Quia etiam beatum Benedictum non in ciuitatibus, nec in castellis nec in villis, sed in locis a frequentia populi semotis cœnobia construxisse, sancti viri sciebant, idem se æmulari promittebant. Et sicut ille monasteria constructa per duodenos monachos adiuncto Patre disponebat, sic sectueros confirmabant.

DE TRISTITIA ILLORUM, qb paucitatem imitantium.

ILLUD virum Dei predictum Abbatem Albericum, & nos aliquantulum mœstitiæ subdidit, quod raro quis illis diebus illuc ad eos imitandos venerit. Viri enim sancti thesaurum virtutum cœlitus inuentū, successoribus ad multorum salutem profuturum committere gestiebant: sed ferè omnes videntes & audientes vitæ eorum asperitatem insolitam & quasi inauditam plus corde & corpore elongare, quā ad proximare se eis festinabant, & de perseverantia eorum titubare non cessabant.

Sed

Sed Dei misericordia, qui hanc iustitiam spiritualem suis inspirauit, ad multorum profectum egregiè eam amplificare & consummare non cessauit, sicut sequentia declarabunt,

**DE MORTE ALBERICI ABBATIS,  
& de promotione Stephani, & de institu-  
tis ac latitia eorum.**

*Albericus  
II. Abbas  
Cisterci-  
ens. mori-  
tar.*

*S. Stepba-  
nus III.  
Abbas:  
de quo  
Martyrol.  
Rom. 16.  
April.*

**V**ix autem Domini Albericus in scho-  
la Christi per nouem annos & dimi-  
dium regulari disciplina feliciter exercita-  
tus, migrauit ad Dominum, fide & virtute  
gloriosus, vitâ æternâ meritò beatus.  
Huic successit quidam frater Stephanus no-  
mine, Anglicus natione, qui & ipse cum  
alijs de Molismo illuc aduenerat, quiq; a-  
mator regulæ & loci erat. Huius tempori-  
bus introduxerunt fratres vna cum eodem  
Abbate, ne Dux illius terrę seu alius aliquis  
Princeps, curiam suam aliquo tempore in  
illa Ecclesia tenerent, sicut antea in sole-  
nitatibus agere solebant. Deinde ne quid  
in domo Dei, in qua die ac nocte deuotè  
seruire cupiebant, remaneret, quod super-  
biam aut superfluitatem redoleret, aut pau-  
pertatem, custodem virtutum, quam spon-  
te legerant, aliquando corrumperet. Con-  
firmauerunt, ne retinerent cruces aureas,  
seu argenteas, nisi tantummodo ligneas co-  
loribus